

Ap. quales vobis videntur esse fabulæ: Rana, inquit Me-
 nippus, & afini, atque eiusmodi nugæ: pueris aniculisque
 obrudendæ. Ego verò, inquit, Ap. accommodatiores ad sa-
 pientiam cenfeo Æsopi quam cæterorū fabulas. Quæ enim
 de heroibus conficta sunt, de quibus tota est materia Pœ-
 tarum; audientium aures corrumpunt, illicitos ac nefandos
 eorum amores referentes, ceu fratrum, vel fororū nuptias,
 & in Deos calumniam, & filiorum eius; atque illi ne reales
 astas, & mutuas altercationes. Hæc enim cum veluti gesta
 proferantur à Pœtâ, homines ad amorē & zelotypiam in-
 ducunt, diuitiarumque ac regni cupidinem, ad quæ fabulæ
 incitant. Æsopus autem sapientiæ causa primo quidem talia
 dicentes non esse secutus, sed viam quandam propriam adin-
 uenit. Deinde, tanquam ij qui vilioribus cibis pulchrè con-
 uuias excipiunt, ex rebus paruis magna quædam intelligi faci-
 lit, & fabuloso sermone proposito, ex ipso quid agendum
 sit, aut non agendum, ostendit. Quapropter veritatem magis
 edam quam cæteri Pœtarū videtur attingere. Illi namque
 quasi per vim probare nituntur vera esse quæ à se di-
 cantur; iste verò sermonem præponens, quem ita, vt est, fa-
 bulosum esse quisque nouit, aliquid verè dictum de rebus
 non veris esse demonstrat. Præterea Pœtæ cum suam nar-
 rauerint fabulam auditoribus, vera necne sit, inquirendum
 relinquunt. Is verò sermonem falsum quidem referens, &
 morum præcepta ex eo trahens, alicuius utilitatis causa lo-
 quendi fallitate sensum esse demonstrat. Illud insuper in
 Æsopo est, quod res orationis expertes loquentes inducit,
 & quæ seriò ab homine agenda sunt operantes, quibus ho-
 mines à pueritia assueti, atque ab incunabilis ipsis enutriti,
 opinionis aliquas iam inde ab initio de singulis animalibus
 concipiunt, vt sint eorum quasi quædam regalia, quædam
 stolidia, quædam versuta, quædam simplicia, l. 5. c. 5.

Etiam audiendus Phœdrus lib. 2. de profusione.

*Exemplis conuenit Æsopi genis
 Nec aliud quidquam per fabellas queritur.
 Quam corrigatur error vt mortalium,
 Acuatque sese diligens industria.
 Quicumque fuerit ergo narrandi locus,
 Dum capiat aures, & seruet propositum suum,
 Recommendatur, non auctoris nomine.*

Idem Phœdrus, lib. 3. præfat.
*Nunc fabularum cur sit inueniendum genus
 Breui docebo, Seruius obnoxia,
 Quia qua volebat non audebat dicere,
 Affectus proprios in fabellas transulsi,
 Calumniamque scilicet elasti iocis.*

Igitur Fabulæ necessariæ & perutilis sunt, vt sint imbecillitatis nostræ velut adminicula, & vt dicent, & audientem in rem præsentem adducant. Est enim veri representatio Fabula: & vt Democrates medicus Confidia mulieri omnem curationem austeram recusanti, lac caprarum, dedit, quas lentisco pascebat, sic iis qui prorsus à tetricis Philo-
 sophiæ præceptis abhorrent, amœniores fabellæ proponende; sed quæ doctrinam moralem occultent, & ingenerent.

VSUS APVD AVCTORES SACROS.

In historia sacra Iudicum c. 9. legimus, Abimelech filium Iorobaal, postquam occisus LXX. fratribus super lapidem vnum, constitutus esset Rex in Israël, Ioathan fratrum mi-
 nimus, qui absconsus in aliorum cæde fuerat, steterit in ver-
 tice montis Harizim, eleuataque voce clamavit, & apologū
 de arboribus adhibuerit, adduxeritque oliuā, vitem, Rham-
 num, & plura alia, vt constituerent super se regem: eaque
 ratione yris Zichem insinuaui, quam male fecissent, cōstitu-
 tuendo super se Abimelech Regē, & occidendo fratres suos,
 D Amasias quoque misit nuntios ad Ioas Regem, qui diceret:
 Veni, & videamus nos. Verum remisit Ioas ad Amariam Re-
 gem Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad Cedrum quæ est
 in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem: transie-
 runtque bestia salus quæ sunt in Libano, & conculcauerūt
 carduum. Percussit inualuisti super Edom, & subleuauit te
 cor tuum: contentus esto gloria, & sede in domo tua; quare
 prouocas malum, vt cadas tu, & Iudas tecum 4. Reg. c. 14.

Fabellæ etiam cuiusdam similitudinem adduxit corā Da-
 uide Nathan Propheta, qua admissi sceleris magnitudinem
 oculis subiicit; dum nempe proposuit illū, qui viri pauperis
 ouem maximè dilectam occiderat: quem proinde Dauid vi-
 rum mortis, ac sub eo semetipsum dignū morte pronun-
 ciat. 2. Reg. c. 12. neque enim ad constituendam fabulā neces-
 sario adhibendæ res inanimatæ, quibus functiones animales
 attribuantur. Veteres quoque Ecclesiæ Doctores nonnun-

quam Apologorum inuolucris doctrinam, quam tradere
 intendebant, obuoluerunt, eosque viliter adhibuerunt: ita
 D. Hieronym. lib. 1. epist. ad Saluina, & Marcell. August. lib. 2.
 cont. Academicos c. 3. & lib. cont. mendacium c. 13. D. Basilii
 epist. 80. ad Eustathium medium; & alij.

PROFANOS.

Æsopi Apologi commendantur passim à facilitate, & mo-
 raliū dogmatum tegeme, to, estque eorum frequentissi-
 mus vsus. Prodiere in lucem solutā, & strictā oratione, ad-
 iuncto cuiilibet suo morali. Laudant eos, Quintilianus lib. 1.
 c. 14. Aristot. lib. 2. Rhetor. c. 20. Aphthonius in Progymnasmat.

Apud Platonem in Phædro, Socrates inducitur confitēs,
 quod multas illius fabulas iam senior memoria retineret.
 Apud Lærtium Demetrio Phalereo λογων Δισωπιων σωμα-
 γωγας, inter ipsius opera præclara tribuuntur.

Suidas verò cum eum laudasset, dicit adeo gratum extitisse
 diis, vt magnorum Heroum instar ab inferis fuerit reuoca-
 diis. De Æsopi laudibus, & laudatoribus legatur Serarius in
 c. 9. Iudic. Selectiores omnium veterum Pœtarum fabulas
 velut in vnum fasciculum redexit Ouidius 15. Metamor-
 phoseon libris, & sub iis velut imaginibus humanas res il-
 lustrauit, & depinxit. Vt in quibus perfectè fieri, quod Pœ-
 tis Horatius adscribit; dignoscitur:

*Aut prodesse volunt, aut delectare Pœta:
 Aut simul & iucunda & idonea dicere vita.*

Quod multis argumentis deducit Iacobus Pontanus in libello
 quem Ἐξάδεν, ὑμνίων inscripsit. Illustravit autem eas fabulas
 Georgius Sabinus Pœta.

FABULÆ IVDÆIS VSITATÆ.

Iudæi nonnullas Fabellas velut per traditionem habent,
 quibus Christianos intendere vetat S. Paulus 1. ep. ad Timor.
 c. 1. iusq; illi velut execrati inflabatur, & superbiebāt, ideò-
 que eas vocat Paulus, Iudaicas inflationes. Talis fabula erat
 quam ex S. Augusti. Beda commemorat. Adamum duas habuisse
 vxores, è quibus Iudæi texunt genealogias interminatas.
 Talis est de boue & Cetocreatis initio mundi, tantūm; il-
 lum esse, vt quotidie mille montes depascatur: eòsq; seruari
 in aduentū Messia, vt cum eo ex illis epuletur. Tertia, quod
 tēpore Messia Iudæa proferet panes coctos, vestēq; sericas
 cuiilibet Iudæo accommodatas. IV. Quod Deus quotidie la-
 crymā emittat, quod permiserit suam gentē excindi. Et alia
 his similia. Vt de Og Gigante, cuius vniū pedem commin-
 niscuntur fuisse CXX. cubitorum Giganteorum, lectūmque
 eius facile leuicā occupasse, plures collegit Sixtus Senensis. C

MAHOMETANORVM.

In Libro Religionis Mahometanæ, quem Curaam vocāt,
 plura reperite est commenta, & deliria fabulatum; quibus
 inescantur illius scetæ, & impietatis sectatores. Inōd vix vl-
 lum præceptum habent quod non nitatur alicui figmento,
 v.g. præceptum habent de non occidēdo, atque illam mali-
 tiam à Cain irrepisse in mundum docent: sed addunt, ipsum
 Cain fote premissum, qui in infernum protruderet in die iu-
 dicij, eūmque alios homines secuturos: Item Deum male-
 dicendo Cain, simul omnibus homicidis maledixisse.

Auaritiam quoque detestantur, & de ea fabulosam hanc
 narrationem tradunt. Aiunt Moysen in monte Sina à Deo
 reuelationem accepisse, ut si scire vellet quem hominē ma-
 ximè Deus detestaretur, primam civitatem, quæ occurreret,
 intraret, atque in ea casam cuiusdam Eremitæ Baulezzam
 dicti, qui assidue legeret; & decimo quoque die in publi-
 cum prodiret. Ab eoque Moysen edocētum fingunt, avaritia
 nullum Deo magis detestabile vitium existere.

Circa peccatum Gulæ aliam fabellam habent, de Eremita, qui
 cum herbis nimium se ingurgitasset, à Satana correptus
 fuerit, & in plura mala incidērit.

Acediæ vitium ex otio diabolico autumant profectum: &
 referunt fabulam de Rege, qui vixit tempore Mahometis.
 Hic enim cum animū ignaum pasceret deliciis, fortè An-
 gelum per tecta volitare humana specie vidit, percontanti-
 que causam quid ibi rerum ageret, ille se curam gerere
 Camelorum suorum, quos perdidit, respondit. Cūmque
 hic diceret perperam & stolidè eos perquiri in tecto, ac
 proinde furum potius esse, aut latronum istiusmodi discursum,
 & ascensum per fastigia tectorum, absque scalarum ad-
 miniculo: Protinus ille, multo difficilium air tibi fuerit sine
 alis in Paradisum euolare, atque his dictis disparuit. Tum
 Rex secum quæ audierat & viderat animo perpendens, of-
 ficitantiam excussit, & in munere suo sedulum se præstitit.